

4774

7.

1682, 11

16

M

I. N. J.
PERMISSU SUPERIORUM
De
ACTIONE AD PALINODIAM

In Alma Lipsiensi

SUB PRÆSIDIO

DN. ANDREÆ MYLII, J. U. D. & P. P.
publice disputabit

JOHANNES FRIDERICUS Leuchte/

A. & R.

Ad diem 12. Octobr. M DC LXXXII.

LIPSIÆ

Literis JOHANNIS GEORGI,





Jesu Ferentē Lucem!

OCulos emissitios, tanquam sagacissimos
vertagos, in amœnissima & latissima Juris no-
stri prata educentes, varios materiaram flo-
sculos, oculos intellectus mirificè recreantes,
reperimus, quorum cognitio non tam jucun-
da, quam propter maximum, quem in communi vita
præbent usum, necessaria. Quem enim ad modum flo-
rum virtus, non ex nudo statim apparet conspectu, sed
quo magis conteruntur, eò svaviorem majoremq; fru-
ctum emittunt : Sic & horum natura ac materia, non
leviter tantum & perfunctoriè, sed tanquam quotidiana
plenius ac plenius investiganda. Cum autem aliis hæc,
aliis alia magis arrideat materia, nullaq; ferè sit, quæ
non Eruditorum Studio & Labore sufficienter explanata
sit & elaborata, juxta illud : Quod nihil jam dicatur,
quod non dictum sit prius. Mihi tamen hæc vice, mis-
sis aliis, non tam de rarâ, quam verè fructuosa & nobi-
lissima Actionis ad PALINODIAM materia, pauca
subnectere placuit. Non equidem ignoro, haud pau-
cos fore Momos, qui hanc operam & laborem meum
reprehendere, venenatoq; ore allatrare non erubescunt.
Sed eant longis nasæ conspicui Zoili, famæq; latrones
& impuro ore atram bilem in sui similes evomant. In-
tereà sit suum cuiq; pulchrum, constetq; cuius sua vo-
luptas!

luptas! Deum autem Ter Optimum terq; Maximum, utpote fontem & caput omnis Scientiæ, Sapientiæ & Iustitiæ, ardentissimis veneror precibus, ut institutum meum, benignissima sua gratiâ aspicere, & mihi Spiritus sui Sancti favonio clementissimè assistere velit. Tu verò Lector Benevole, fave cœptis, & si quid inveneris, quod palato tuo non arrideat, cogites, quod omnibus satisfacere, omniumq; rerum habere memoriam, & in nullo penitus peccare, divinitatis potius, quam humanitatis sit, Valeas ergò, & hæcce æqvi boniq; consulas.

Thefis I.

DE ACTIONE ad Palinodiam, dum acturus sum, supervacaneum equidem videri posset, de vocis natalibus longè inquirere & differere, cum illam per se non multum, difficultatis habere, cuilibet intuenti facilè pateat; Attamen cum in hoc & præcipientes, & proprio quoque exemplo præeuntes habeamus Juris nostri autores, & interpretes, illorum authoritati consultò refragari viderer, si omittere vellem. Quare pauca de PALINODIÆ verbo (omissis reliquis, quæ per se manifesta) sunt notanda, scilicet à Græcis illud ipsum ob singularem præsens negotium exprimendi elegantiam mutuatum esse videtur. Derivatur autem ex Adverbio *παλιν*, quod significat rursus, retrò, seu retrorsum, Homer. & *ὠδή*, cantio, canticum, cantilena, unde *Παλινοδία*, Recantatio, Revocatio, Reclamatio, Germanicè *Wiederruff*/ ex *Παλινωδέω*, *ὠ*, recanto, pro quo dicitur proverbialiter, Palinodiam cano, retexo orationem. Accipitur verò vel pro eo, quod est res cantatas solvere, vel pro injuriarum illatarum revocatione. Quæ posterior significatio est hujus loci.

Thef. II.

Est autem actio ad Palinodiam Actio personalis, civilis, rei persecutoria, qua agunt injuriam verbalem passi contra injuriantes, ad injuriæ illatæ recantationem & famæ læsæ restitutionem.

Amad
Eckolt

Eckolt. *ad Tit. π. de injur. §. 23.* Lauterb. *compend. jur. Pand. d. t. p. m.*
521. & *in Disp. de actione injur. recantatoria. tb. 2.*

Thef. III.

Genus est actio *pr. I. de action. & quidem I. personalis*, quia ex obligatione delicti descendit. *vid. §. 1. f. de action. §. l. 25. w. de O. & A.* II. Civilis, tum ratione causæ efficientis, quia descendit ex jure civili, tum ratione Objecti, quia ad privatum interesse tendit. Persequitur enim (1.) Actor rem, verbis ex opinione vulgi nobis ablatam, non vindictam. Hinc (2.) Procurator tam agendo quam excipiendo admittitur. Joachim. Mynsing. *Cent. 2. obs. 98. n. 6. & 7.* Johann Harpprecht *§. 10. I. de Injur. n. 66.* Matth. Berlich. *p. 5. Concl. 62. n. 10.* & (3.) in Camera Imperiali quotidie recipitur & tractatur hæc Actio. Quod tamen secus se habet in causis criminalibus. Nam ibi nec procurator intervenire *l. ult. w. de furtis. §. 10. I. de Injuriis* nec coram Camera Imperiali (exceptâ causâ fractæ pacis) tractatio institui potest. Joachim Mynsing. *Cent. 2. obs. 98. n. 8.* Ludov. Gilhauf, *in arb. jud. crim. c. 2. tit. 24. §. 7. n. 13.* Andr. Gail. *lib. 1. Obs. 65. n. 3.* Johann. Harpprecht. *§. 10. I. de Injur. n. 68.* Dissentiunt Hahn. *ad Wesenb. Tit. de Injuriis n. 18.* Maranta *Specul. aur. p. 4. dist. 1. n. 17.* Dan. Moll. *lib. I. Semestr. cap. 23. & ad Const. Elect. 42. p. 4. n. 2.* III. Rei persecutoria, quoniam persequimur hac actione id quod nobis abest, vel abesse videtur, nimirum famam & existimationem.

Thef. IV.

Causa efficiens remota est jus consuetudinarium, Matth. Berlich. *p. 5. Concl. 62. n. 1.* Joh. Damhoud. *in Pract. Crim. cap. 136. n. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. Obs. 60. n. 2.* Joh. Jac. Wissenb. *Exercit. ad w. 30. tb. 21. in fin.* postea constitutione imperatoriâ *Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. und sonderlich sehen/ & Electorali Saxonica approbatum. in part. 4. Const. 42.* Carpzov. *Prax. Crim. p. 2. qv. 94. n. 70.*

Thef. V.

Causa efficiens proxima est Injuria Verbalis, & quidem talis, quæ tendit ad alterius ignominiam & infamiam, sive vivâ voce, sive in scriptis sit prolata. Cessat ergò (1.) in iis, quæ famam, vel existimationem alterius non lædunt, v. g. Si quis alteri vitium naturale obijciat, claudum, luscum, gibbosum eum appellando, quo ca-

A 3

fu non

fu non ad recantationem, sed deprecationem solum agitur. Vid. Carpzov. *prax. Crim.* p. 2. qv. 94. n. 77. & qv. 96. n. 39. 2.) in realibus, Schrad. *de feud. part. 9. pr. c. 4. n. 127.* Joachim. Mynsing. *Cent. 2. Obs.* 98. n. 1. & in §. 10. I. *de Injur. n. 5.* veluti etiam ita Jcti Curia Wittebergensis, Anno 1617. responderunt: Demnach aber und dieweil aus der Beylage sub A. flahr zu befinden / daß dieselbe auff Personal Injurien nicht gerichtet / sondern alleine dahin gehet / als ob Beklagter auff eines Siedlers ungegründetes Angeben / zur Ungebühr Klägern mit Hülffe der Häscher seinem Degen abgürten / und wieder vorgeschlagene caution in gefängliche Hafft nehmen lassen / und also pro injuria reali zuachten; Als mögen auch Beklagte einen Wiederruff Klägern zu thun / nicht angehalten werden. B. R. W. Nisi reales illæ injuriæ tales Actus in se contineant, qui per se sunt ignominiosi & alicujus famam & existimationem lædunt, tunc quis ob injurias reales, ad Palinodiam rectè adstringi potest, veluti ita Anno 1616. Facultas Jurid. Lipsiensis pronunciavit, & præjudicium apud Dn. Berlich p. 4. *concl.* 62. n. 16. videre licet.

Thef. VI.

Subjectum hujus Actionis activum sunt Personæ, quibus infertur injuria. Id quod fit vel immediatè vel mediatè per alias personas, quæ vel potestati vel affectui nostro sunt subjectæ. l. 1. §. 3. *de Injuriis. §. 2. I. eod.* Et ideo datur si liberis. d. l. 1. §. 3. *de Injuriis. §. 2. I. de injuriis.* Servis nostris §. 3. d. l. Uxori, d. l. 1. §. 3. *de injuriis.* Sponsæ, l. 15. §. 24. *de injuriis.* vel etiam nurui *arg. d. §. 2. in fin. I. d. t.* contumelia fit illata. Quod verò de liberis diximus, procedit in tantum, ut etiam si volentes ludibrio habiti fuerint, nihilominus patri actio hæc acquiratur. l. 1. §. 5. *de t. quam neque liberi suâ remissione eidem adimere possunt l. 30. de pactis* secus quam pater, quippe cui integrum est, actionem filio competentem remittere l. 17. §. 12. *de Injur.* si modo sit in potestate filius, & ejus rei notitiam acceperit injurians; aliter, si sit emancipatus, nam tum actionis remissio à patre fieri nequit. d. l. 17. §. 14. *de t.* Ulterius actio hæc heredibus competit, vel jure hereditario, (idque tam ante, quam post litem contestatam) si vivo antecessori; vel jure proprio, si defuncto injuria sit illata, l. 1. §. 4. & l. 6. *de t.* Et nihil denique refert, an singulis fuerit

fuerit illata, an toti Collegio. *arg. l. 7. §. 1. c. quod cuiusq. universit. nomine.* Utrouque enim casu actionem competere expeditum est.

Thef. VII.

Subjectum passivum sunt personæ injuriam inferentes, nobiles & ignobiles. Hic enim agitur ad interesse partis offensæ. *Carpz. pr. Crim. p. 2. qv. 96. n. 13.* Quoties verò de satisfactione partis læsæ debitâ agitur, nulla prorsus personarum distinctio facienda est. *Baldus in l. 4. C. de Summa Trinit.* Adde *Const. 42. part. 4* ibi: *Das ein ieglicher/ wer der auch wäre/ und den andern schmähen/ lästern/ schänden und injuriren würde/ ic. quorum verborum: Wer den auch were/ ea natura est, ut neminem excipiant.* *Dn. Berlich. p. 5. Concl. 62. n. 19.* Quemadmodum mens. Jan. 1617. in supremo Judicio Appellationum contra quendam J. U. Doctorem est pronunciatum: *Das er Klägern einen öffentlichen Wiederruff doch unbeschadet seiner Ehren zu thun/ und 50. Rthl. Straffe zu erlegen schuldig.*

Thef. VIII.

Atque ita non immeritò Actio ad Palinodiam locum etiam habet contra integrum Senatum, Communionem atque universitatem in *l. 32. c. de injur. Mynsing. Cent. 5. Obs. 69. n. 5. & 6. Berlich. Decis. aur. 75. num. 10. Joh. Harpprecht in §. 11. Inst. de Injur. num. 61. & 62.* Quod Illustris etiam Facultas Lipsiensis, Anno 1616. & 1617. hoc modo confirmavit: *Demnach aber und dieweil keine Obrigkeit etwas injuriosè wider andere zu verüben/ nachgelassen/ und dannenhero auch eine iede Obrigkeit/ so etwas rechtlicher Ordnung zu wider/ und per injuriam wieder andere vornimmt/ nichts minder/ als ein Privatus injuriarum belanget werden kan/ und aber die Gerichte zu M. auff blosses Vorbringen eines verwundeten Fiedlers/ ohne einige vorgehende der Sachen Erkundigung/ G. R. inhalts seiner wider die Gerichte im Chur-Fürstlichen Sächsischen Ober-Hoffgerichte allhier angestellten Klage mit grossen Ungestüm und Gewalt/ und mit Hülffe vier Büttel oder Häfcher/ den Degen abgegürtet/ und demselben*
derer

derer von ihme anerböthenen Caution ungeachtet / über
freyen offenen Märkte / mit Bütteln / als einen andern
Ubelthäter führen / und in ein abscheulich finster Gefäng-
niß / welches mit grausamen Gestand und Unflath er-
füllet gewesen / einstecken / darinnen etliche Tage verblei-
ben / und darnach in der Büttelley enthalten lassen / welche
actus an ihme selbstem ignominiosi und schimpfflich sind /
und hierdurch R. an seinen Ehren verleset worden / etc.
So sind auch vorerwehnte Gerichte / woserne von ihnen
die Endschaft / darein Sie in Chur-Fürstlichen Sächsi-
schen Ober-Hoff-Gerichte ertheilet worden / nicht ausge-
führet / und sie also biß auff die Hülffe erstanden werden
soltten / ihres Vorwendens ungeachtet / klagenden R. einen
öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig.
B. R. W. Quod præjudicium apud laudatum Dn. Berlich. P. 5.
Concl. 62. pag. m. 147. prolixius videri potest.

Thef. IX.

Ignatius Lopez. in Pract. Crim. Canon. c. 70. n. 7: hanc Actionem
etiam contra Clericum extendit, dicens: *Quis dubitat, quod justum
sit, & rationi naturali congruum, quod Clericus, qui falsum crimen
alicui imposuit, ex quo fama ipsius lesa est, dicat, se mentitum esse, ut
per hoc, fama illi restituatur, maximè cum ad hoc teneatur tanquam
Christianus, & ad id, à Confessore etiam non petente injuriato, co-
gendus sit. Et paulo post: Neque Judex, ut prius sit injurianti, cru-
delis debet esse injuriato, qui tali modo honori suo satisfieri petit.*
Contrarium tamen, quod Clericus, ob tale crimen habeat à Jure ca-
nonico pœnam statutam, ut nempe veniam ab adversario petere co-
gatur, statuunt Prosp. Farin. in Pract. Crim. Part. 3. qv. 105. n. 75. & seq.
Dn. Berlich. P. 5. Concl. Pract. 62. n. 22. Petr. Theod. in Jud. Crim. Pract.
c. 2. aph. 20. n. 18. Verùm, cum Constitutio Elect. 42. P. 4. generaliter
loquatur, atque in verbis: (Daß ein ieglicher / wer der auch were) o-
mnibus indifferenter injuriantibus Palinodiam imponat, ideo eo jure
etiam Clericum injurias recantare debere, non est dubium.

Thef. X.

Thef. X.

Objectum hujus Actionis est fama & existimatio, quæ per injurias illatas non verè sed ex opinione vulgi læditur. Alias enim certissimum est, eum, qui delicto vacuus est, etsi injuriis aliunde impetatur, famosum tamen non esse. *l. 3. C. de injuriis*, quia verò vulgò creditum fuit, injuriarum famam per contumeliosas objectiones læsam quodammodo esse juxta vulgatum illud: *Calumniare audacter, semper aliquid hæret*: ideo eandem vindicare jure permittitur.

Thef. XI.

Forma in jure læsam famam persequendi consistit. Quod fieri debet apud judicem competentem, qui est vel domicilii vel delicti admitti. Forum domicilii ideo locum invenit, quia illud est generale *l. 19. §. 2. w. de jud. l. 2. C. de jurisd.* cum aliis concurrens; Forum delicti commissi verò, quia delinquens malefaciendo istius loci judici, ubi deliquit, sese subicere censetur, vid. *l. 3. w. de offic. pres. l. 1. C. Ubi de Crimin.* Georg. Franz. *ad Tit. w. de jud. n. 9. § 40.* Carpzov. *Process. Tit. 3. art. 2. n. 55.* Berlich. *part. 2. Dec. 181.* Formulam verò hanc actionem in judicio proponendi, accuratè, ut solet, exhibet Dn. Schwendend. *in Tr. de Action. Cap. 3. Membr. 28. sect. 3.*

Thef. XII.

Effectus in ipsa injuriosorum verborum revocatione & recantatione consistit. Quod fieri debet in loco publico, in personâ propriâ, procurator enim non admittitur; Joh. Harpprecht. *in §. 12. Inst. de Injur. n. 87. vers. 5. Nam nemo non videt. pag. m. 304.* Ludov. Gilhaus. *in arbor. jud. crim. c. 2. tit. 34. §. 7. n. 16. § seq.* Berlich. *Concl. 62. p. 34.* ubi in Judicio Curiali Lipsiensi. 11. Decembr. Anno 1607. ita judicatum fuisse refert hoc modo: **Auff Vorbringen und erfolgte Gesetze / Anwälde und Actorn Vormunden Wolff von Draschwitz / und seines Eheweibes / Klägern an einem / George von Haugwitz / Beklagten anders Theils / erkennen Wir ic. daß Beklagter den zuerkandten Wiederruff nochmahls in Person / bey Straff 100. fl. Reinisch / zu leisten schuldig. V. R. W.**

B

Thef.

Quid autem Juris, ſi reus condemnatus injuriam revocare nolit? Dn. Carpzov. in *Pract. Crim.* p. 2. qv. 94. num. 21. Petrus Theodor. in *Jud. Crimin. Pract.* cap. 2. aphor. 20. num. 20. Berlich. *Concl.* 62. num. 36. aliique plures, diſtinguendum eſſe putant; An is, reus nempe, præſens ſit vel abſens. Priori caſu Reus pro qualitate Perſonæ, vel carcere, vel multâ pecuniaria, aliisve modis, quibus Judex Jurisdictionem ſuam tueri poteſt ac debet, coërcendus eſt, donec ſententiæ pareat at Palinodiam canat. Dan. Moller: ubi ita in *Judicio Curiali Lipſienſi* obſervatum fuiſſe teſtatur, *lib. 1. Semest. 23. num. 1.* Quam ſententiã quoque in pronunciando ſecuti fuere Dn. Scabini Lipſienſes: **Die weil F. K. des Wiederruffs / welchen N. S. von wegen der ihme zugefügten Injurien / vermöge unſers vorigen Urthels / thun ſollen / ſich verweigert: So wird er billich noch auff einen Monat lang mit Gefängnis geſtraffet und angehalten / und da er immittelſt den zuerſandten Wiederruff / nochmahls nicht leiſten wird / ſo ergehet alsdenn ferner darauff was recht iſt. B. R. W. Judici Præfect. Weiden. 1600. Menſe Septemb.** Si verò nec tunc parere velit, effluſo ſpatio determinato in carcere ulteriori is detinetur, atque pane & aqua cibatur, uſque dum pareat, addita comminatione ſeverioris pœnæ, ſi Palinodiam cantare nolit. Quod ſi additæ comminationi, quod nempe in caſu ulterioris contumaciæ, Liſtor nomine Rei injurias recantare debeat, Reus nec tum parere velit, liſtor & quandoque ipſe carnifex adſciſcitur, qui nomine rei injuriam recantat, præſente & audiente eo, prout Dn. Scabini Lipſienſes Menſe Martii, 1615. Conſulibus & Senatui in Hedtſtedt reſponderunt: **So wird nunmehr / weil an dem Gefangenen keine Folge noch Buſſe zu hoffen / ſondern er auff ſeiner eingebildeten und vorgeſetzten Meinung und Wahn / muthwillig / halsſtarrig und trotziglich verbleiben thut / obbemeldter unſer euch ertheilter Rechts-Spruch / an ihm gebührend billich vollſtrecket / nemlich auff die maſſe / daß dem Bürtel**

tel des Orths aufferleget werde / an statt / und im Nahmen des Gefangenen / iedoch daß er dabey und mit zur Stelle sey / wie auch in Gegenwart des Injuriati, so er durch sein giftiges und böses Maul injuriret / und Ehrenderleßlichen angelassen / den Wiederruff öffentlich und gerichtlich zu leisten / und wenn solcher also effectuirt / wird auch die Landes-Verweisung an ihme billich vollstreckt / r. Nonnunquam enim hæc additur formula: Nachmahls auch / daß solcher Wiederruff geschehen / durch öffentliches Edictum, iedermäßiglich kund gemacht wird.
B. R. W. testante Dn. Carpz. in Pract. Crim. p. 2. qv. 94. n. 26.

Thef. XIV.

Posteriori casu, quando Reus absens est, sui que copiam in Judicio facere nolit, tunc vel sub pœna pecuniaria, ut in Judicio compareat, & Palinodiam cantet, est citandus; vel illa Sententia, in qua reo Palinodia injuncta est, in casu ulterioris contumaciæ, in rei ignominiam, aliorumque terrorem, non solum in loco Judicii, sed & in loco injuriæ commissæ, & ubi Reus aliàs vitam degit, publicè affigitur, veluti ita servari testatur Dn. Berlich. part. 5. Conclus. 62. num. 41. ipsumque in specie in talismodi casu, in causa, G. S. v. Th. contra H. F. v. Kochberg / in Aula Altenburgensi, den 31. Martii, 1618. obtinuisse, allegato jam loco confirmat, sententiamque hujus tenoris subnectit: Erkennen von Gottes Gnaden / Wir / Johann Philipp / Herzog zu Sachsen / r. daß Beklagter zu gebührender Execution, des am 27. Novembr. Anno 1616. eröffneten Urthels / nochmahls anderweit bey Straff 400. Rthl. zu citiren / mit dieser Verwarnung / da er nicht erscheinen würde / daß alsdenn mit dem gesuchten öffentlichen Anschlage des Urthels / wider ihm soll verfahren werden /
B. R. W.

Thef. XV.

Domínus Berlichius d. l. n. 40. cum Joh. Zanger statuit, quod tunc, Si Reus sui copiam in Judicio facere, Sententiæque parere nolit



lit, sed contumaciter emanere pergat, ad pœnam Banni à Judice fit procedendum. Cui pulcherrimè respondet sæpè laudatus Dn. Carpzov. in *Pract. sua Crim. p. 2. qv. 94. num. 28. & p. 3. qv. 140. num. 41. & seq.* quem latè videre licet, cum nostri instituti non sit, cum lædio huc transferre, quæ legi ab unoquoque facilè possunt.

Thef. XVI.

Quia verò parum honoris est, recantare & seipsum mendacii arguere, ideo injuriantem facti infamiam incurrere, communiter Dd. asserunt, Anton. Perez. in *C. de Injur. num. 21.* Heinr. Hahn *ad Wesenb. d. t. num. 18.* ut propterea nec juramenti delatio, si ad pœnam arbitrariam simul fit directa, locum habere possit. Carpz. *pr. Crim. p. 2. qv. 95. num. 67. seqq.*

Thef. XVII.

Quamvis non negandum, Judicem certis ex causis Reo gratiam facere, ac Palinodiam sive Recantationem in Deprecationem sive nudam declarationem, in eine Christliche Abbitte und Erklärang commutare, eumque ad petendam Veniam ab injuriato condemnare posse. Licet veniam petens, non minus tacitè injuriam illatam, revocet, quam ille, qui expressè palinodiam præstat. Eo ipso namque, dum deprecatur, fatetur se injustè fecisse, ac mendacium dixisse, quod à se dictum non velit, opinione tamen vulgè longè major habetur Recantatio, atque Deprecatio, ut quæ famosa non sit, nec famam rei ullatenus lædat. Sed si homo vilis aut Plebejus, nobilem, vel honoratam & honestam personam injuriis lacestat, dubium planè nullum est, quin condemnari debeat in Palinodiam. Quod & verum est inter Pares, sive sint Nobiles sive Plebeji, in injuriis nempe atrocioribus, ut jam dictum. Aliud verò, si rusticus contra rusticum, vel plebejus contra plebejum, aliamve vilem Personam, injurias evomat, aut nobilis humiliorem convitiis commaculet, sufficit deprecatio eine Christliche Abbitte oder Erklärang. Quamvis & hanc Judex interdum exasperare possit, adjectâ clausulâ: (eine Erklärang / daß er an denen wieder N. aufgestossenen Injurien / allenthalben zu viel und unrecht gethan / zuthun schuldig) qualis deprecatio non multum à verâ recantatione differt, quod quotidie in Scabinatu Elector. Saxon. ita practicari testatur, Dn. Carpz. in *Pract. Crim. p. 2. qv. 94. n. 19.*

Thef.

Thef. XIX.

Tollitur hæc Actio variè (1.) morte injuriantis ante litem contestatam. *l. 13 pr. l. 15. §. 14. w. de injuriis.* (2.) Satisfactione, si ante litem contestatam declarationem honoris fecerit injurians, daß er von Klägern nichts denn alles Liebes und Gutes wisse. (3.) Præscriptione 30. annorum, quia hæc Actio est civilis & rei persequutoria. Berlich. *p. 5. Concl. 69. num. 12.* Harpprecht, *ad §. fin. I. de Injur. n. 17.* Nec jure Saxonico contrarium videtur esse receptum *in part. 4. Const. 46.* (4.) Retorsione, quam legitimum remedium repellendi injurias esse putamus cum Georg. Franz. *Exercit. 12. qv. 7.* (5.) Remissione vel expressa, veluti pæcio, transactione, vel tacita, si injuriatus sua sponte & proprio motu cum reo familiariter loquatur, edat, bibat, ludat. Wesenb. *in w. de injur. n. 13.*

Thef. XIX.

Ad Affinia referri possunt reliquæ Actiones injuriarum, veluti, æstimatoria, ex L. Cornelia, criminalis. Ubi tamen notandum, æstimatoriæ cum hac nostra non dari cumulationem, per ea quæ latè proposuit Dn. Carpz. *p. 4. Const. 42. Def. 16. per tot.* secus quam criminalis. Idem *in pr. Cr. p. 2. qv. 94. n. 63.* Ratio differentiæ est, quia actiones idem objectum persequentes mutuò tolluntur electione quod tamen de iis, quæ ad diversa tendunt objecta, dici vix potest, prouti illud passim notant Dd. ad quos brevitatis studio lectorem remittimus.

Et hæc de Actione ad Palinodiam rudi quamvis Minervâ dixisse sufficiant!

GLORIA SIT DEO!

Ad

AD Palinodiam pagellis hisce
tenetur

Actio; non ista est cantio gra-
ta reis.

Nam revocare suum, licet irre-
vocabile verbum

Flacci Musa putet, dedecus
esse solet.

Sed decus & laudem Tibi cantio
nostra precatur,

Cui Palinodias tam benè ces-
sit opus.

Si sic porrò DEUS studiorum
curfibus aptat

Prospera, mox alii digna la-
bore canent:

Is se-

Is semel emissus volat irrevoca-
bilis: Isthic

Ad Palinodiam actio nulla
datur.

benevolentiae testandæ
ergo scribebat

PRÆSES.

In Liecht / das hell und klar soll leuchten und
so scheinen
Das man erkennen kan / das Grosse vor den Kleinen
Was schwarz und weisse ist / was recht und
unrecht heist
Muß seyn recht zugericht / und sein Tocht wohl
befeist.
Also mein werther Leucht / daß ER soll hel-
le leuchten
Einst in gegründten Recht / wolt Jhn' erst fett be-
feuchten
Und tüchtig richten zu / JEM der Musen
Stadt
Biß unsers Meissens-Zierd LEPZIG die
Ehre hat
Das Liechte seines Rechts nun völlig anzuzünden
Bluff

Fluff seinen Helicon/ damit Er ferner finden
Kann ieder Orten frey / ohn Anstoß/ Haß und
Neid

Das ungebogne Recht/ die gülden Billigkeit.
So leucht Er nun so fort/ und zeuge seine Strahlen/
Auch seinen Vaterland/ das wird gewiß bezahlen
Mein Leuchte / seine Müh/ und unverdroß-
nen Fleiß

Den Er hat angewand. Ja das wird seyn sein
Preis/

Daß Ihm das ewige Liecht wird immer leuchten
lassen

Den Glück- und Seegens- Stern/ wenn gegentheils
erblaffen

Wird Neidhards scharffs Gesicht/ und spüren
mit Verdruß


Wie Lieb und Glück bey Ihm verwechseln
Kuß umb Kuß.

Aus Betterlicher Schuldigkeit setzte dieses
eifertigst hinzu

M. Christian Piering.








ULB Halle
006 301 088

3



VD 77





4774

7.

1682, 11

16
M

I. N. J.
 PERMISSU SUPERIORUM
 De
ACTIONE AD PALINODIAM
 In Alma Lipsiensi
 SUB PRÆSIDIO
 DN. ANDREÆ MYLII, J. U. D. & P. P.
 publice disputabit
 JOHANNES FRIDERICUS Leuchte/
 A. & R.
 Ad diem 12. Octobr. M DC LXXXII.

LIPSIÆ
 Literis JOHANNIS GEORGI.

12



s ali
 e fer
 bi ca
 fed, p
 or el
 igilis
 anta f
 ve, q
 Ther
 node
 stræ l
 studi
 s, fed
 a caff
 Hono
 A
 On.
 em,
 neun
 ne d
 nac f
 s, ne
 væ
 xiore
 M.

